

ihesu uia trite cuius morte mori sopita

ad paschalem nos inuita mensam cum fi

ducia. **V**ive panis uinax unda ferax uitis

et fecunda tu nos pasce tu nos munda

ut a morte nos secunda tua saluet dexte

ra a me.

Alto consilio o diuina rati o restauras

hominem. **I**mmittit celitus uim sancti spiri

tus qua replet qua replet qua replet uir

ginein. Pectus uirginem celo capatius

totum integrum claudit interius illum

qui deus est deus est deus est et dei fi

lius. Vultatur sede de supera babilo

nis filia misera persona filij missa non

altera uenit ihesus nostra leticia. Ora

tus est fletus ad uesperum matutinum an

te luciferum castitatis egressus uterum

nostrae carnis sumpsit mortalia. Dube

carnis maiestatis occultans potentiam pu-
gnaturus armaturam non assumit regiam
sed pretendit inimico mortalem substan-
ciam. **Q**apit deus temporale nascendi
principium et pudoris non amittit vir-
go privilegium nec post partum ca-
stitatis ematrescit ulium. **A**rdet rubi;
sed ardenti non nocet vis elementi
flamma nichil destruit. **S**ic uirgine

pariente partu nichil destruyente uir-
ginitas floruit. Soluitur abrahe sera
promissio iam fere seculi de cursu spa-
tio nobis locutus est deus in filio.

Quaney carminis completur littera re-
inquit ueniet sede de superā qui pre-
sens hominum iudicet opera. Cum non
saluet hominem legis obseruatio deus
orbem uisitat ortu necessario. Nec

per legem gens saluatur nec mortuus sus-
citatur per premissum baculum. Donec

uenit heliseus et in carne uerus deus

Visitauit se cum.

De sancto Gualtero

nobis remedia. Prece continua capient

occidua tanta suffragia. Cum pena sta-

bilis non sit sed labilis patens celestia.

omo passibilis fit inuincibilis diuina